te [illegible] pa[illegible] co

Et si co[illegible] h[illegible] [illegible]
me[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] eos et [illegible] [illegible]

Quicumque com[illegible] fe[illegible]
fecerit voluntatem patris mei
qui in celis est ipse meus fr[illegible]
frater et mater est dicit dominus.

Anima nostra sicut passer co
[illegible] [illegible] venantium.

G[illegible] [illegible] com
[illegible] [illegible] [illegible]

I[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] Iudica.
dne scelera [illegible]
salutari [illegible] [illegible]
humilitate [illegible] [illegible]
tribulatione et ps Attende
[illegible] [illegible] salutari [illegible]
[illegible] et magnum [illegible]
[illegible] [illegible] alius

I[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
et [illegible] [illegible] [illegible]

A¶.16
EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
TB 56.
SIGNAT. CIↃIↃCCCXIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-602190-p0002-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-602190-p0003-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-602190-p0004-4

ΠΡΟΣΦΩΝΗΣΕΙΣ.

Nuptijs auſpicatiſsimis

VIRI Ornatiſsimi ac Præſtantiſsimi DN.

DAVIDIS FLADEN

SPONSI,

Fœminæq́; Lectiſsimæ, pudiciſsimæq́;

CHRISTINÆ VOLGENADIN,

Integerrimi ac ſpectatiſsimi Viri,

DN. JOANNIS GAMMERSFELDERS relictæ viduæ,

SPONSAE

QVÆ VII. IDVS FEBR. ANNO M.DCVI. VRATISL. CELEBR.

Ab amicis in Academia Francofurt. ſcripta & conſecrata.

TYPIS HARTMANNORUM.

3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-602190-p0005-0

QVod datur in thalamum, quando novus incipit annus
Nobis Chriſticolis pulcra Marita tibi;
Neſcio quid rear hinc: num dicam, Fata pudicam
Hanc Viduam anne putem, vota dediſſe tibi.
Fato conjugium fieri ſcio; ſed ſine votis
Quid fit; vota etenim Fata movere queunt.
Ergò ſi utrumq́; rear, fallar? non cenſeo; namq́;
Cum pia Fata volunt; tunc quoq́; vota valent.
Sponſe, utrumq́; tuo in thalamo concurrere, Sponſam
Fata dediſſe tibi, aſt vota paraſſe, reor.
Vota paraſſe tibi à Fatis hanc, Nymphe pudicam
Chriſtinam, verbis auguror inde meis;
Non dubito; multas nuper pro more recepto,
Cum celebrabatur Ianus in orbe bifrons,
Vota dediſſe Dijs, atq́; exoptaſſe cubili
Iungatur lateri ut compta Virago tuo.
Vota quod audierint hæc Fata ſuprema; reſurgit
Inde, quod à Fatis nunc tibi ſponſa datur.
Sponſa datur, tibi ſtrena datur, quam vota merêre
Sponſe, tibi hæc ſemper muneris inſtar erit.
Hanc ſtrenam tibi dant pia Fata. ô nobile munus
Quod, quis ſi obtingit, ſpernere nemo poteſt.
Ergò nec hoc ſpernas munus: ſic munera rurſum
Afferet hoc, implent quæq́; ſolum atq́; polum.

ἄχολ☉ fundeb.

Bernhardus Langius Lemberg. SiL. Med. St.

Conjugio caſtam te jungere velle maritam
Chriſtinam, teſtis tua litera; teſtis es ipſe;
Imò alij teſtes mihi ſunt: hinc carmina Ludo
Ex noſtro poſcis: gratentur queîs tuo amici
Conjugio, quò illud ſit felix atq; beatum.
Inde ſed indigito in calamum dictante THALIA
Sint quæ ſcripta ſacrâ te poſcere carmina docta.
Talia ſi à nobis repetis nove, carmina, Sponſe,
Multa me hercle cupis: pauci dictante Lyæo
Namq; hodiè ſcribunt: quare neq; mittere carmen
Ipſe queo: Carmen mihi nunc conſcribere doctum
CALLIOPEIA negat phœbo cum præſide. Quare
Quid faciam? an taceam? ſed qua ratione tacere
Poſſim, non video: ſimulæq; etenim mea poſcis
Carmina, quæ tibimet Fautori cognito ab annis
Multis, non ullâ ratione negare potiſſum.
Nolo negare igitur. Quare hæc conſcripta Lyæo
Pervolitante; vides veluti, mea carmina, quanquam
Sint brevia; attamen hæc animo vultuq; ſereno
Accipe mente eadem cum ſint proſcripta fideli.
Scilicet ut dudum vigeas cum conjuge: ſalvus
Conjugio vireas, videas thalamumq; domumq;
In pace & requie numeroſâ prole repletam.

Amoris & honoris ergò, amico veteri & Sympatriotæ medullitus dilecto, accinebat

Iohannes Camerarius Novoforenſis LL. St.

Eſſe

ESSe illud verum, multo jam tempore tritum;
Quod ſocialis amor
Capiat finem rarò ſuum,
Quin non percipiant Hymenæia gaudia lætum
Principiumque novum,
Annis petitum plurimis.
Non opus exemplis: exemplo namque parato,
Sponſe beate probas,
Et ſponſa dulcis edoces.
Nuper enim ut thalami celebrabat feſta ſacrati,
Nupta venuſta ſuo
Cum ſponſo vel chariſsimo,
Æque vocatus eras, & dilectiſsima Sponſa
Ad ſociale jugum,
Quod finiendum tunc erat.
En nova quæ ſurgunt in pectore gaudia veſtro,
Vno in amore, duo
Conglutinantur corcula:
Oritur hinc gemitus, fiunt ſuſpiria mixta;
Tu mihi ſola places,
Et tu mihi ſolus places,
Dicitis: utrique hinc mens una eſt, una voluntas
Fœdere vel ſtabili
Jungi atque amore iſto frui.

Felix ergo dies, multis optatus ab annis,
Sydere dum veniat
Fauſto; Precor connubij.
Ut ſit principium fauſtum, mediumq; ſalubre,
Finis at, alma ſalus,
Vel ipſa ſit beatitas.
Sic & erit thalamus felix; aberit procul omnis
Triſticia atque metus,
Vel luctus & diſcordia.
Hæc precor, hæc opto; felicibus annue votis
Chriſte benigne meis;
Sic cuncta ibunt feliciter.

Felicis ominis & obſervantiæ ergò accineb.

Balthaſar Scholtzius Leoberg. Sil.
LL. Stud.

ADſit ad inceptùm, tenui modulamine carmen
Quo pangam Nymphæ, noſtra Thalia, novæ.
Scilicet ingenium, ſtudiorum parva ſupellex,
Atque ætas prohibent fundere dulce melos.
Gratuler ut thalami tamen hoc de fœdere Nymphæ,
Adſit ad inceptum noſtra Camœna, precor.
Fœmina quid dulci proſit conjuncta marito,
Comprobat exemplo Creſſa puella ſuo.
Cecropidæ juſsi puerum ſeptena quotannis
Pœnas Androgeo pendere membra necis:

Inſe-

Infelix nimium Theſeus quoque ſortibus urnæ
Subductis, lauro ſubij ciendus erat.
Ah crudelis amor tauri, prolesq; biformis
Paſiphaes, Theſeu, jam metuenda tibi!
Non tulit hoc Ariadna, tuos miſerata dolores,
Compita ſed filo cæca reſolvit amans.
Illuſtri, Theſeu, ducis ſplendore t riumphos,
Semibovemq; manu, ſemivirumq; necas.
En CHRISTINA tibi conjux, Neonymphe, fidelis!
En labor, illa domus, en Labyrinthus adeſt!
Frigidus haud igitur pavor hinc tua mēbra capeſſat,
Triſtia nec dubio corda timore tremant.
Eſt ttbi nam thalamo conjunx ſociata ſecundo,
Filaque, quæ dubiâ ſorte ſequaris, habes.
Sit modo vera fides tibi, ſit clypeusq; ſalutis,
Iſthâc tu clava victor abibis ovans.
Quod ſupereſt tibi, Sponſe, precor, tibi, lectaq; ſponſa,
Vt ſitis animis & pietate pares,
CHRISTE fave ſponſis, thalami quoq; fœdera firma,
Quo celebrent amplo nomen in orbe tuum.
Connubiale decus lecti da pignora Sponſis,
Nec ſolvant animos ſecula mille bonos.
Hic voti finis: trino vos nomine Numen
Soſpitet inq; toro, ſoſpitet inq; polo.

Henricus Sandtman.
Lub.

ALIUD.

NOn aurum læſus, non curat gaudia triſtis
Non eſcam ſitiens: triſtia pellit amor.
Vulneribus jungit fixis medicamina læſus,
Cui labor eſt medicas applicuiſſe manus.
Sic quoq; triſticia quærit medicamina triſtis:
Dulcia dum lætus gaudia mente fovet.
Sic ſitiens, æſtus torquet dum gutture durum,
Exhaurit Lymphas fontibus ora movens,
Idem Sponſe tibi, ne jungas vulnera fixis
Vulneribus, Phœbus protulit auxilium.
Vulneribus quod junge tuis, tua corpora vires
Accipient, tibi quas Sponſa pudica dabit.
Ut roſa, ſic Chriſtina tibi præbebit odorem
Pergratum, cujus cura ſit aſſidua.
Hunc florem cures, hic flos tua triſtia tollet;
Atq; animo triſti gaudia multa dabit.
Hicq; ſitim pellet, perdulci nectare mentem
Exhilarans, faciet te pia Sponſa patrem.
Deniq; perpetuus ſit amor, ſint fœdera amoris
Mutua, ſint vitæ vincula firma novæ.
Triſtia non venient, ſed gaudia firma manebunt.
Nec finis cœpti fœderis ullus erit.

Albinus Helvvigius Vartisl. LL. S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-602190-p0012-8

ELENCHUS contentorum.

προδιδασκαλία examinis partium Catecheseos minoris Luth: continens commendationem Catecheseos, edita à D. Zacharia SCHILTERO.

Synopsis 1ius προδιδασκαλίας, ejusd:

Analysis Articulorum Symboli Apostolici, ejusd. D. Schilt.

προσφώνησις nuptiis Dn. Hadlen.

Alia προσφ: eidem.

Alia eid:

προσφ: nuptiis Dn. Volgnodt.

προσφ: nupt: Dn. Adami Georgii.

Votum novi Anni feliciter successuri latum Alberto Georgio.

Disp: de loco et tempore M. Ficleri.

Disp: de Demonstratione M. Crugeri.

Consultatio ex 1. Reg: 12. aliquot orationibus expressa Francof: in collegio privato M. Caleb Tryzophori.

Oratio de initiis et progressu certaminum Nestorianorum et Eutychianorum in articulo de Persona Chri. Wolf. Franzii. N B.

Disputatio de Persona Dni nri Jesu Christi, ejusd: Franz: N B

VD 17

Z

De vno martire

Introitus

ps.

ps

alia O

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-602190-p0014-0

ΦΩΝΗΣΕΙΣ.

auſpicatiſsimis

tiſsimi ac Præſtan-

ſimi Dn.

IS FLADEN

PONSI,

tiſsimæ, pudiciſsimæq́;

TINÆ VOL-

NADIN,

mi ac ſpectatiſsimi

Viri,

IS GAMMERSFEL-

relictæ viduæ,

PONSAE

FEBR. ANNO M.DCVI.

TISL. CELEBR.

Academia Francofurt.

e & conſecrata.

RTMANNORUM.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-602190-p0015-5